



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd etiam omnes infideles resurgere debeant ad tormenta, non ad iudicium. xcix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHAR DI. EPIS. VVORMAC.

æterna plenius damnatione liberentur. Et malibona, quæ pro hac vita faciunt, hic inueniunt, ut ad sola in posterum tormenta pertrahantur. Vnde & ardenti in inferno diuiti dicitur: Memento fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. At cū bonis hic bene est, & malis male: incertum valde fit, vtrum boni idcirco bona accipiant, vt prouocati ad aliquid melius crescant, an iusto latenti-que iudicio hic suorum operum remunerationem percipi-ant, vt à p̄mīis vitæ sequentis inanescant. Et vtrū malos idcirco aduersa feriant, vt ab æternis suppliciis corri-gendo defendant: an hic eorum pœna incipiat, vt quādo-que cōplenda, eos ad ultima gehennæ tormenta perduat.

*Quod etiam omnes infideles resurgere debeant ad tor-  
menta, non ad iudicium.* Cap. XCIX.

*Grego. in suis morib⁹ lib⁹* **R**esurgunt verò etiam omnes infideles, sed ad tormē-tum, non ad iudicium. Non enim eorum tunc cauā discutitur, qui ad conspectum districti iudicis, iam cum damnatione suæ infidelitatis accedunt. Professionem verò fidei retinentes, sed professionis opera, non habentes, redarguuntur vt pereant. Qui verò nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extrema examinatio-ne non audiunt: quia p̄iudicatur infidelitatis suæ tenebris, eius quem despicerant inuectione redargui nō me-rentur, illi saltem verba iudicis audiūt, qui eius fidei verba tenuerūt: isti in damnatione sua æterni iudicis, nec verba percipiunt: quia eius reuerentiam, nec verbo tenuis ser-uare maluerunt. Illi legaliter pereunt: quia sub lege positi peccauerunt: istis in perditione sua de lege nihil dicitur: quia nihil legis habere conati sunt.

*Quod omnes homines resurgere debeant.* Cap. C.

*August. dicit.* **O**mniūm hominūm erit resurrectio. Si omnium erit, ergo omnes moriuntur, vt mors in Adam data, omnibus eius filiis dominetur: & maneat illud priuilegium in domino, quod de eo specialiter dicitur, non dabitis sanctum tuum videre corruptionem. Hanc rationem maxi-ma patrum turba tradente suscepimus. Verūm, quia sunt & alii æquè catholici, & eruditī viri, qui credunt anima in corpore manēte, immutandos ad corruptionem, & im-